Actus Totius
PROLOGUS

Nolite, Viri Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi, Ad-
modum Reverendi, Experientissimi, Praeclarissimi, Spectatissimi,
Humanissimi atq; Doctissimi, Patroni ac Fautores venera-
bunda animi pietate vel maximè colendi; nolite, inquam,
admirari, quod ego me Vobis repraesentaturum sisto.
Nulla sane, Viri Apollinares, audacia aut temeritate im-
pulsus; verum potiùs Clarissimi nostri Praeceptoris voluntate, q.
mihi oppidò multis nominibus sancta semper fuit, est, eritq;,
honestè adductus, hanc Vos compellandi Provinciam susci-
pere volui, debui. Non enim vel adeò te-
merarium, vel etiam impudentem me finxisse Naturam pute-
tis: ut sine certa et satis praegnanti causa ejusmodi
rem, q. sanè non est momenti nullius, aggrederer.

Bonae igitur spei facula mihi allucet, fore, ut ve-
niam dicatis, pro vestra ἐπιεικείᾳ singulari ac verè ma-
gna, quam tenus hâc erga nos Musarum Musarum
Cultores abundè satis declarastis, in praesens etiam ac
exiguum temporis largiri, atq; idem, quod in man-
datis habeo, auribus propitiis benevolisq; mentibusq; sitis
percepturi.

Meministis (me non suggerente) Auditores usq; quaq;
venerandi; meministis, inquam, quod nova Gymnasii
nostri nova Doctrinae methodus, suffragante Nobilissimo
Patrum Conscriptorum Ordine, jam ante biennium fes-
tatum (?) me typis publicis expressa, inter alia etiam hoc
velit, ut certi quidam, à nostris vitae studiorumq;
et morum Inspectoribus, Actus publici frequentandi,